

THEMIS.
PYTHAGORICA.

HONORI. AMPLISSIMO.

QVEM.

DOCTORATUM.

VOCANT.

QVATUOR-VIRORUM.

ANTIQUITATE. GENERIS. ET. GLORIA. MAJORUM.

PROPRIAQUE. VIRTUTE. AC. CONSUMMATA. CIVILIS. AC.

SACRI. JURIS. SCIENTIA. EXCELLENTIS-
SIMORUM.

MICHAELIS. FINGERI. DÜBANI.

AUGUSTI. BENEDICTI. CARPZOVII.
LIPSIENSIS.

GEORGII. HEINZII. HAMBURGENSIS.

FRIDRICI. GEISLERI. SILESII.

SACRA.

INTRODUXIT.

L. FRID. RAPPOLT. Poes. Prof. Publ.

ET. h. t. ACADEMIÆ. RECTOR.

LIPSIÆ.

LITERIS. JOH. ERICI. HAHNII.

A. E. C. clō lōc LXVII.

AUGUSTÆ. THEMIDOS.

SACERDOTIBUS.

TRIUMVIRIS. EMINENTISSIMIS.

PROCANCELLARIO.

FRANCISCO. ROMANO. JCTO. ACADEMIÆ. ANTECESSORI. ET. SYNDICO.

CURIÆ. PROVINCIALIS. SUPREMÆ. ET. FACULTATIS.

JURIDICÆ. ASSESSORI. ET. CANONICO.

MARTISBURGENSI.

PROMOTORI.

GEORGIO. TOBIÆ. SCHWENDENDORFFERO. JCTO. FACULT. JURIDICÆ.

ORDINARIO. ANTECESSORI. ET. DECEMVIRO. ELECTORIS.

ET. DUCALIS. CURIÆ. SUPREMÆ. PROVINCIALIS. ASSESSORI. CANONICO.

CO. MARTISBURGENSI. COLLEGII. MAJORIS. PRINC. COLLEGIA-

TO. ET. NATIONIS. BAVARICÆ. SENIORI.

COMPROMOTORI.

TOBIÆ. MOEBIO. JCTO. FACULT.

JURIDICÆ. ASSESSORI. ELECTORALIS.

ET. DUCALIS. SUPREMÆ. CURIÆ. PROVINCIALIS. ET.

CONSISTORII. ADVOCATO. ORDINARIO.

FAMIGERATISSIMO.

DEDICAT. SE.

THEMIS PYTHAGORICA.

D Ost quartum ASTRÆAM REDUCEM THEMIS excipit annum,

Res eadem, tantum schemate tecta novo:

Atq; ad Vos iterum, velut illa, reversa recurrit,
(Ut solet innumeras ire redire vias)

Seqve tribus quartam jungit. Permittite, PATRES,

Quarta fit. Hunc numerum Pythagoræus amat:

Cui se consultò dum conformare laborat,

Invenit in Vobis se numerumqve dea.

Non



Non mendax penitus, nec inexcusabilis
error,
Qvo se prisca orbi Sapiencia venditat
ætas:
Et jam posse aliquid fatorū tristia jura
Rumpere, & æthereas se surgere rursus in auras
Credibile est: qvinto nec sistit in ordine vates
Pavone è primo Calabris in montibus ortus:
Ad plures res illa venit, Divosq; videmus
Ludere Panthoiden, atq; ima è gente Qvirites.
Qvid loqvor? In niveū, dum tento hæc carmine, cy-
Vertor, & exemplo recidivas augeo formas: (gnum
Incertum, vestrone ales mutatus honori,
Egregii juvenes, an qvòd, velut ille puellam
Æmonio genitore fatam non crimine parvo
Prodiderat, Samii facile exorabilis index
Sub divum arcani rapiam sacra, visaqve dudum,
Nil tacitæ veritus vulgare silentia sectæ,
Oscen, Phœbe, tuus populo spectacula pangam?
Qvicqvíd id est, liceat defectâ dicere lingvâ
Tam pulchræ momenta rei, numerumq;, locumq;,
Formarumq; genus, volucremque ad stagna Caystri
Aut cantu, aut senio, cantum frangente, referre.
Abfuerat nostris Themis illacrymabilis oris,

)(2

Et

Et sibi possessos post terga reliquerat agros,
Seu vitiis expulsa hominum, factisque nefandis,
Seu rabiem pertæsa fori, seu funere in ipso
CARPZOVII, ut fama est, animam manesq; secuta
Indivulsa comes. Jamq; ad loca prisca reversæ
Se terræ intulerant pestes, Fraudesq; Doliq;
Insidiæq; & Vis, & Amor perverfus habendi,
Et Ratio rationis inops, mirabile monstrum,
Et gravis Ambitio & scisâ Discordia pallâ,
Absenti gavisa deâ gens, æthere cassâ:
Cum redit Elysio, & templo se augustior infert.
Illustres imitata animas, quibus altera fato
Corpora debentur cœloq; propinquior orbis.
Dumq; oculos nunc hanc, partem nunc vertit in illâ,
Nec veterem agnoscit faciem, mutataque cernit
Omnia, Qvis mentem reducis, quis amabilis error
Tentat, ait? Laticesne etiam potavimus illos,
Et nos immemores transmisit ad æthera Lethe?
Certior an sacris clypeum internoscere Delphis
Panthoidæ potuit Samiæ telluris alumnus,
Tænariâ revocatus aquâ, signisque docere,
An mea Callideâ minor est fors, & minor Alce?
Hic paries, hic cippus erat: per inania visum
Nunc mitto, & tenebras miror cesfisse priores.
Et tu, qui laceros jaciebas, Phœbe, per orbis
Dulce jubar, juga flammivomis per Eoa quadrigis,
Nunc fartos, invecite, stupes penetrasque micando.
Signa ducum cerno: sed qualia ductor in hostem
Ordi-

Ordinat, ut primum campo stetit agmen aperto,
Non trajecta loco: clypeos, sed summa tenentes:
Marmora, sed priscis pulchrè surrepta columnis,
Atq; affixa novis. Qvò se tulit illa vetustas,
Qvò fugit, simulacra situs qvi exesa tenebat?
Qvò tabulata (sacris qvàm nõ dignissima nostris!)
Ad coecum abstrusi ducentia carceris antrum?
Qvò tantum ad strepitum pendentia pariete in illo
Tigna abiere? Qvis ô qvis sceptrā tenentem
Prima novo nobis spectandum lumine præbet.
Temagnum OTTHONEM, dudum sqvalore peresū,
Et longâ annorum serie turpiq; senectâ
Conspicuū haut ulli? Colimurne, an pristina nobis
Sors aliqua eripuit tectā atq; invidit honorem?
Et qvis Saxonix Patres mihi casus ademit?
Pulchrior Heroës an tantum transtulit ordo?
Qvàm te qvàm, nondū visum, ingeniosa reduxit,
Bellandi FRIDERICE potens atq; artis amore,
Qvàm prudens manus huc posuit, qvi primus Ely.
Conciliās, tristes cum gens Bojema Camenas (stro
Pelleret, & Mysias Fortuna referret in oras
Hospitio pulsas veteri! Salve incluta Imago,
Et læto auspicio præcede ætate minores,
Congenitâ virtute pares. Jam, cerno, vacantem,
Dudum optata mihi, generiq; simillima vestro,
Implevit JANI pilam geniata GEORGI:
Et serò excipiet. Nondum hæc effata retrorsum
Pegmata celsa videt, sed qvalia viderat antè,

Oscula divideret quum sex & frontis honorem,
Et grandi juvenes titulo maeste esse juberet,
Structa sibi, & notos Patrum referentia vultus,
Aulæisque intecta suis ostroque superba.
Sola super vacuum pingit Concordia murum,
Atque in subjectos stillantia balsama crines
Egregiâ gravitate virum meritisque potentum
Rorat, in Aaronis sacrum caput aura suavis
Ceu fluit, & gratos in barbam depluit imbres,
Nondum hic visa prius, Vitâ cincta atq; Salute.
Proxima florenti juvenes ætate quaternos,
Spe plenos, populo, velut olim, pulpita sistunt,
Evacuanda brevi tamen & mutanda supernis.
Stant infrâ totidem radianti in veste puelli,
Et meditata sibi poscunt ænigmata solvi,
Vi fandi ætatem suprâ svadaque valentes:
Æneadum quales matrem scitantur Amores,
Atque haut ingrata residentem voce fatigant.
In folio, & Paphiis pangentem oracula terris,
Idaliæ rerum cupidi legumque sacrarum. (tes,
Nempe placet numerus, Duo quẽ genuere paren-
Qvique; Octo generat pater: atq;, Hoc, inquit, in orbẽ
Se vertunt vasti genitalia corpora mundi
Dissociata locis: quorum duo pondere in imum
Præcipitant, totidem gravitate carentia in altum
Assurgunt, coelumque petunt: quæ disita quamvis
Non coeunt, gignunt tamẽ omnia, & omnia in ipsa
Fracta cadunt: tenuesque humor rarefcit in auras,
In

In liquidas humus exit aquas, tenuatus in ignem
Æther, rursus ignis spissatus in aëra transit,
Inque vices toties repetitus com meat ordo:
Utque novet faciem, negites periisse novantem,
Huc dum fertur & huc, summâ sibi constat eadem.
Hic mundi mihi scena patet! Revirescimus, & jam
Ingenio simili reparat se nostra Juventus:
Nec patrum se perdit hyems. Convertitur annus
Tantum, atque æternò durat remeabilis ortu.
Nam tener & viridis pueriq; simillimus ævo
Vere novo est: æstate valet robustior, & se
Induit in juvenem: Medius juvenemq; senemq;
Inter in Autumno est, veterè circumactus in orbẽ
Dum simulet rursus tremulos senis horridus artus.
Vel genio quæ templa colo, quàm visa reversæ
Non eadem esse mihi, dū vel manus æmula Apelli
Addidit ornatum, nova vel tectoria structor.
Induxit muris: eadem tamen illa fuere,
Atque antiqva mihi: dicas loca posse renasci.
Fallor, an hæc eadem lætis spectacula mensis,
Quas parat alma Ceres, dulci sociata Lyæo,
Post ita non multò (tanta est solertia, tantum
Ars præstat, Natura, tui) Themis altera sistet,
Et decus hoc lepidis simulabit callida signis
Omne suis, reditumq; rei dabit æmula gestæ
Phidiacâ melius dextrâ scitiq; Myronis.
Non Baldus mihi doctus obit, non Bartolus, & qui
Longiùs hinc nostras vitam coluere per artes,

Servius & Labeo, Proculoq; oriunda propago
In sobolem foecunda novam. Nec colla securis
Percutiens potuit tibi, Papiniane, minorum
Extirpasse genus, rabiesqve infana tyranni.
Redderis, & Paulis vitam gravibusq; Sabinis
Debes, inq; novostransis Pomponius ortus:
Nec te tempusedax, (sanctam tibi iuro Tetractyn,
Fontem animæ, nunquam nobis violabile verbū)
Hac pellet serie, surgetq; ex osibus ultor.
Utq; remollefcens tractataq; pollice multas
Vertitur in formas, formas nec servat easdem,
Et tamen ipsa eadē est redolens thyma cera: figurâ
Sic variâ mihi prisca redit sapientior ætas,
Atq; eadem semper, paulum mutata, recurrit.
Nec veterum tantum, quorū jam stamina Clotho
Rupit, & exanimes jusfit concedere terris,
Prælustres hic cerno animas moresq; redisse;
Ipsa etiam in vivis viventum spirat imago,
Et, quō se quæri quondam velit ore locoqve,
Quas habitare domos, fatorum erepta furori,
Innuit, atqve alios meditatur mobilis artus.
BORNIVS hos (agnosco Patris vestigia) at illos
SCHVVENDENDORFERUS movet, arte simillimus: &
Discenti impresfit sese, quâ Leucorin ambit (quæ
Corniger Albis aqvis, dudum ZIGLERIA Pallas,
MOEBIADÆq; foro victrix opulencia lingvæ
Auxilio devota reis. Sic fatur, & Hic est,
Te digito FINGERE notans, ait, æmula priscis
Quem

Qvem Virtus patribus simul atq; recentibus æqvât,
Et sumtâ Erigone decorat renovâta juventâ,
Ut renovat se Solis avis, positâqve senectâ
Scandit odoratas Phœnix felicior aras.
Nil artes, nil curo tuos, Ætias, ignes
Et calido positum quondam medicamen aheno:
CARPZOVIVS mihi sponte redit: nec pulchrior Æson
Exfilit aut turpes deponit corpore rugas
Membræqve luxuriat, juvenili in pectore canos
Illius, & sanguen generosum hoc aspice venis,
Et dubita revocasse senem. Sic ipsa tenellum
Finxit, & ingenio præstantem ac fortibus ausis
Ingenti capiendæ animæ Patrima paravit,
Vestro THOMASI, FRANCKENSTEINIQVE, tuoqve,
SCHVVENCKIADE, & qui nunc mutato nomine Corvi
Has reduces sacro celebrabis carmine formas,
Cygne, tuo auspicio commendandoqve labore:
In partes veniente, humili quâ valle reposita
JENA racemiferos prospectat florida colles,
Et BOSIO & magno RICHTERO Jurisepopta,
Et STRUVI, legum retegente arcana, Camena,
BORNIADÆqve, vago quâ Plisna procatur Elystro,
Amplio patre fati, nostri nec amore minoris,
Et totum in dulcem se diffudentis alumnum.
Nuncqve adeò illa novos adolescentur in auctus,
Et patrum ore refert, nostris incumbere rebus
Et virtute genus famamqve extendere factis
Ante quater denos qualem reminiscimur annos.

Sal-

Salvete erepti tenebris & gurgite Manes
Lethæo, ac pleno nunc ite in secula cursu!
Non coeptum remorantur iter, non stamina Parcæ
In vos dura legunt, non jus habuere nocendi:
Ætheris aula patet, nec defunt tecta relapsis,
Aut de Carpzoviâ pulcherrima corpora gente.
Et Vos, HEINZIADÆ quas grandi in imagine cerno;
Illustres salvete animæ, cata pectora, seu Vos
Urbs tenet, antiquos quâ dividit Ella Treboces,
REBHANI, SCHALLERE, & tu super æthera note
BOECLERE ô BEBELIQU;: alio seu Sole calentes
Arbiter Oceanus Gallis transcribit & Anglis,
Aut Batavi beat aura soli Frisiiqve, VALESI,
BIGOTI, BULIALDE: atq; hæc mihi sacra volentes,
Dum BORNII his oculis species Nostratis inerrat,
Seqve simul vestræ jungit, velut uda colorem
Purpureum reliquo jungit Thaumantias orbi,
Orgia præsentessqve diem celebrate! perenni
Sic natos iterum serie traducet in ævum,
Gloria, & haut uno spectandos æmula vultu
Ornandosqve dabit, dum Nerea nesciet Arctos,
Et matutinos præibit Lucifer ortus.
Extremum te, docte, notat, GEISLERE, tuoqve
Non vânum ingenuo veneratur Protea in ore,
Miraturqve modos. Nam seu tibi munera gratum
Et benefacta animum subeunt, quæ splendida parvo
BRESLA dedit, SCHOLZI, SCHRÖCKIQU; THIMIQU; benignâ
Illatebrante manu, vel LIPSIA contulit ipsa

BUHLI, LI

B
F
D
C
G
A
V
E
V
D
D
M
M
E
Q
F
P
S
C
N
S
P
E
C
E
T
P
R
B
UHLI, SCHÖBELIQ; tui non deside dextra,
Fis pulchra Euphrosyne: seu FRANCKENSTEINIA mē-
Doctrina ALBERTIQ; Sophos ferit acre, repente (tē
Chrysolithū in lapidem transis pretioq; Valentem
Gemmam, terse, refers: seu te sibi NORICUS æqui
Arbiter, ECCOLDUSq;, gravis defensor honesti,
Vendicat, atq; habitum sese transformat in illum,
Eusebie, dilecta DEO, Jurisqve sacerdos
Vultibus appares. Et in hoc renovamine sisti
Dum videt, Oebalio decorat tibi tempora cocco
Desuper, & patribus propior (Nam callida furtim
Miscuerat se quarta tribus, numerumq; recentans
Implerat) nostri cape testem hunc, inquit, amoris,
Et reliquis quoq; præstat idem. Tum fronte serenā
Quemq; notans, Alias hinc, inquit, spondeo formas,
Fatidica, & mihi me felici fidere reddo
Post hyemes aliq; vot, sive Ignorantia pellit,
Seu malevada cohors Vitiorum & avita propago
Convassare jubet. Vos immortalia nobis
Nomina, vos vitam præstatis & aurea rursus
Secula, Saturniqve genus revocatis ab Orco.
Per vos migrat atrox Scelus, atq; Injuria terris
Exulat antiqvis: per vos quæsit in alto
Conspicuis solio pertentat crimina Minos,
Et justis dirimit fontes, trucibusq; flagellis
Tisiphone atq; unco malefacta accincta coercet,
Per vos regna vigent, aut lapsa in pristina surgunt
Robora: vos animam, vos vitam redditis urbi.

Vos

Vos bello, vos pace voco, seu foedera, ramis
Palladis ornatus, veniamque miserrimus optans,
Orator firmat: seu figit in æqvore telum,
Et fera de rebus repetundis jurgia miscet
Patratus, jaculumque intorqvens mittit in auras:
Sive immissa Qviris, privo certamine, tigna
Obstructumq; dolet lumen finesque revulsos.
Vestrum hæc & justâ componere singula lance,
Arbitrium, vestrum, svavisima corcula, jus est
Et ratio. Roseo quæ postquam dixerat ore,
Oscla teratq; quater repetit. Sic cætera Divæ
Fiunt auspiciis & prisco more geruntur.
Omnia: dum lætis concentibus aëra pulsat.
Melpomene, coeli numeros imitata canoros,
Septenosq; modos, non fabro interprete, ut olim,
Et Themis ætherios ferri sibi visa per orbis,
Auctumni portis recipi, quæ vergit in Austrum
Signifer, & patriis fingit se vivere in astris.

F I N I S.



X

A. B. 8338

